Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sammelhandschrift - Cod. Aug. perg. 172

[S.l.], [1. Drittel des 9. Jh.]

Aristoteles (trans. Boethius), De interpretatione

urn:nbn:de:bsz:31-1750

Visual Library

Simul ergo probatur esse dicuntur quaecumque convertuntur secundum essendi consequentiam, sed nequaquam causa est alterum alteri ut sit, et ea quae ex eodem genere e diverso dividuntur ad invicem, et simpliciter simul sunt quorum generatio in eodem est tempore.

De motu.

Motus autem sunt species sex: generatio, corruptio, augmentum, diminutio, alteratio, secundum locum mutatio. Alii itaque motus palam est quod alii ab invicem sunt. Non est enim generatio corruptio neque augmentum diminutio neque alteratio secundum locum mutatio; similiter autem et alii. In alteratione vero habet quandam quaestionem, ne forte necessarium sit id quod alteratur per aliquem reliquorum motuum motum alterari. Hoc autem non est verum; nam prope est secundum omnes passiones aut plures alterari accidit nos nullo aliorum motuum communicante. Nam neque augeri necessarium est quod per passionem movetur neque minui. Similiter autem et in aliis; ideoque alius erit praeter alios motus alteratio. Nam si esset eadem, oportebat id quod alteratur mox et augeri vel minui vel quendam alium ex consequentibus motuum fieri; sed non est necesse. Similiter autem et quod augetur aut aliquo alio motu movetur alterari oportebat; sed sunt quaedam quae crescunt quae non alterantur, ut quadrangulus cum posito gnomone crevit, quidem alteratus vero nihil est factus; similiter et in aliis huiusmodi. Quare alii sunt motus ad invicem. Est autem simpliciter quidem motui quies contrarium, his autem qui per singula sunt: generationi quidem corruptio, augmento autem diminutio, secundum locum mutationi secundum locum quies; maxime autem videtur opponi esse et forte in contrarium loci mutatio, ut ei quae inferius est ea quae superius est, et ei quae superius est ea quae inferius est. Reliquo vero assignato motu non est facile assignare quid est contrarium; videtur autem neque esse aliquid ei contrarium, nisi quis et in hoc secundum qualitatem quietem opponat aut in contrarium qualitatis mutationem, sicut et in mutatione secundum locum aut in contrarium loci mutationem. Est enim alteratio mutatio secundum qualitatem; quare opponitur erit secundum qualitatem motui secundum qualitatem quies aut in contrarium mutatio qualitatis, ut album fieri et nigrum; fit enim alteratio in contrariam qualitatis mutatione facta.

De habere.

Habere autem multis dicitur modis; aut enim tamquam habitum et affectum aut aliam quamlibet qualitatem; dicimur enim disciplinam habere et virtutem. Aut ut quantitatem, ut contingit quam habet magnitudinem; dicitur enim tricubitum aut bicubitum; aut ea quae circa corpus sunt, ut vestimentum vel tunicam; aut in membro ut in manu anulum; aut ut membrum, ut manum aut pedem; aut ut in vase, ut modius granorum aut lagoena vinum; vinum enim habere lagoena dicitur et modius grana; haec igitur omnia habere dicuntur ut in vase; aut ut possessionem; habere enim domum et agrum dicimur. Dicimur autem et uxorem habere et uxor virum; sed videtur alienissimus qui nunc dictus est modus esse; nihil enim aliud uxorem habere significamus nisi quod cohabitat. Forte autem et alii quidam apparebunt modi ipsius habere, sed qui consueti dici sunt pene omnes enumerati sunt. EXPLICIT LIBER PRAEDICAMENTORUM DECEM ARISTOTELIS PHILOSOPHI.

PERIERMENIAE ARISTOTELIS ORDIUNTUR

Primum oportet constituere quid nomen et quid verbum, postea quid est negatio et affirmatio et enuntiatio et oratio. Sunt ergo ea quae sunt in voce earum quae sunt in anima passionum notae, et ea quae scribuntur eorum quae sunt in voce. Et quemadmodum nec litterae omnibus eaedem, sic nec eaedem voces.

quorum autem hęc primorum notę haec eędem omnibus passiones animę et quorum hę similitudines res etiam eędem. de his quidem dictum est in his quę dicta de anima sunt. alterius est enim negotii. Est autem quemadmodum in anima aliquotiens quidem intellectus sine uero uel falso aliquotiens autem cui iam necesse est horum alterum inesse sic etiam in uoce. circa compositionem autem et diuisionem est falsitas ueritasque. Nomina igitur ipsa et uerba consimilia sunt sine compositione uel diuisione intellectui ut homo uel album quando non additur aliquid. neque enim adhuc uerum aut falsum est. huius autem signum hoc est. hircocerus enim significat aliquid sed nondum uerum uel falsum si non uel esse uel non esse addatur uel simpliciter uel secundum tempus.

DE NOMINE

Nomen ergo est uox significatiua secundum placitum sine tempore cuius nulla pars est significatiua separata. In equiferus enim ferus nihil per se significat quemadmodum in oratione quę est equus ferus. At uero non quemadmodum in simplicibus nominibus sic se habet et in compositis. in illis enim nullo modo pars significatiua est. In his autem uult quidem sed nullius separati ut in equiferus ferus. secundum placitum uero quoniam naturaliter nominum nihil est sed quando fit nota. Nam designant et inlitterati quoque soni ut ferarum quorum nihil est nomen. Non homo uero non est nomen quo illud oporteat appellari. neque enim oratio aut negatio est. sed sit nomen infinitum. Catonis autem uel Catoni et quęcumque talia non sunt nomina sed casus nominis. ratio autem eius est in aliis quidem eadem sed differt quoniam cum est uel fuit uel erit adiuncta neque uera neque falsa est. Nomen uero semper ut Catonis est uel non est. nondum enim aliquid neque uerum dicit neque mentitur.

DE UERBO

Uerbum autem est quod consignificat tempus cuius pars nihil extra significat et est semper eorum quę de altero prędicantur nota. dico autem quoniam consignificat tempus ut cursus quidem nomen est currit uero uerbum. consignificat enim nunc esse. et semper eorum quę de altero dicuntur nota est ut eorum quę de subiecto uel in subiecto. Non currit uero et non laborat non uerbum dico. consignificat quidem tempus et semper de aliquo est. differentię autem huic nomen non est positum sed sit infinitum uerbum quoniam similiter in quolibet est uel quod est uel quod non est. similiter autem uel de futuro currit uel currebat non uerbum est sed casus uerbi. differt autem a uerbo quoniam hoc quidem prę[sens] significat tempus illa autem quod complectitur. ipsa quidem secundum se dicta uerba nomina sunt et significant aliquid. constituit enim qui dicit intellectum et qui audit quiescit. sed si est uel non est nondum significat. neque enim esse signum est rei uel non esse. nec si hoc ipsum est purum dixeris. ipsum quidem nihil est. consignificat autem quandam compositionem quam sine compositis non est intellegere.

DE ORATIONE

Oratio autem est uox significatiua cuius partium aliquid significatiuum est separatum ut dictio non ut adfirmatio. dico autem ut homo significat aliquid sed non quoniam est aut non est. sed erit adfirmatio uel negatio si quid addatur. sed non una hominis syllaba. nec in hoc quod est sorex sorex significat sed uox est nunc sola. in duplicibus uero significat quidem sed non secundum se sed quemadmodum dictum est. Est autem oratio omnis quidem significatiua non sicut instrumentum sed quemadmodum dictum est secundum placitum. Enuntiatiua uero non omnis sed in qua uerum uel falsum inest. non autem in omnibus ut deprecatio oratio quidem est sed neque uera neque falsa. et cęterę quidem relinquantur. rethoricę enim uel poeticę conuenientior consideratio est. enuntiatiua uero pręsentis considerationis est. Est autem una prima oratio enuntiatiua adfirmatio deinde negatio. alię uero coniunctione unę. necesse est autem omnem orationem enuntiatiuam ex uerbo esse uel casu. et enim hominis ratio si non aut est aut erit aut fuit aut aliquid huiusmodi addatur nondum oratio enuntiatiua est. quare autem unum quiddam est et non multa animal gressibile bipes. neque enim eo quod prope dicuntur unum erit. est autem hoc tractare negotii alterius. Est autem una oratio enuntiatiua quę unum significat uel coniunctione una. plures autem quę plura et non una.

uel in coniunctione. Nomen ergo et uerbum dictio sit sola quoniam non est dicere sic aliquid significantem uoce
enuntiare uel aliquo interrogante uel non sed ipsum proferentem. Harum autem haec quidem simplex est enuntiatio ut ali
quid de aliquo uel aliquid ab aliquo, haec autem ex his coniuncta uelut oratio quaedam iam composita. Est autem
simplex enuntiatio uox significatiua de eo quod est aliquid uel non est, quemadmodum tempora diuisa
sunt. Adfirmatio uero est enuntiatio alicuius de aliquo, negatio uero enuntiatio alicuius ab aliquo.
Quoniam autem est enuntiare et quod est non esse et quod non est esse et quod est esse et quod non est non esse et circa ea quae sunt extra praesens tempora
similiter omne contingit quod quis adfirmauerit negare et quod quis negauerit adfirmare, quare mani
festum est quoniam omni adfirmationi est negatio opposita et omni negationi adfirmatio. Et sit hoc con
tradictio, adfirmatio et negatio oppositae. Dico autem opponi eiusdem de eodem, non autem aequiuoce et quae
cumque talium determinamus contra sophisticas inportunitates. Quoniam autem sunt haec quidem rerum uniuersalia,
illa uero singillatim, dico autem uniuersale quod in pluribus natum est praedicari, singulare uero quod non, ut homo quidem u
niuersale, Plato uero eorum quae sunt singularia, necesse est autem enuntiare quoniam inest aliquid aut non aliquando quidem
eorum quae sunt uniuersalium aliquando autem eorum quae sunt singularium. Si ergo uniuersaliter enuntiet in uniuersali quoniam est aut non, erunt
contrariae enuntiationes. Dico autem in uniuersali enuntiationem uniuersalem, ut omnis homo albus est, nul
lus homo albus est. Quando autem in uniuersalibus non uniuersaliter, non sunt contrariae, quae autem significantur est esse contra
ria. Dico autem non uniuersaliter enuntiare in his quae sunt uniuersalia, ut est albus homo, non est albus homo. Cum enim uniuersale sit homo,
non uniuersaliter utitur enuntiatione; omnis namque non uniuersale sed quoniam uniuersaliter consignificat. In eo uero quod praedicatur uniuersale uniuer
saliter praedicare uniuersale non est uerum; nulla enim adfirmatio erit in qua de uniuersali praedicato uniuersale praedi
cetur, ut omnis homo omne animal. Opponi autem adfirmationem negationi dico contradictorie quae uniuersale
significat eidem quoniam non uniuersaliter, ut omnis homo albus est, non omnis homo albus est, est quidam homo albus, nullus homo albus est; contrarie uero
uniuersalem adfirmationem et uniuersalem negationem, ut omnis homo iustus est, nullus homo iustus est. Quocirca has quidem
est impossibile est simul ueras esse, his uero oppositas contingit in eodem, ut non omnis homo albus est, et est quidam homo albus. Quaecumque igitur
contradictiones uniuersalium sunt uniuersaliter, necesse est alteram esse ueram uel falsam, et quaecumque in singularibus
sunt, ut est Socrates albus, non est Socrates albus. Quaecumque autem in uniuersalibus non uniuersaliter, non semper haec uera est, illa uero falsa.
Simul enim uerum est dicere quoniam est homo albus et non est homo albus, et est homo probus et non est homo probus. Si enim turpis et non probus; et si fit aliquid et non est. Videbitur autem subito incon
ueniens esse idcirco quoniam uidetur significare non est homo albus simul etiam significare quoniam nemo homo albus est; hoc autem neque idem
significat neque simul necessarium. Manifestum est autem quoniam una negatio unius adfirmationis est; hoc enim idem oportet
negare negationem quod adfirmauit adfirmatio et de eodem, uel de aliquo singularium uel de aliquo uniuersalium,
uel uniuersaliter uel non uniuersaliter. Dico autem ut est Socrates albus, non est Socrates albus. Si autem aliud aliquid uel de alio idem, non opposita
sed erit ab ea diuersa. Huic uero quae est omnis homo albus est, illa quae est non omnis homo albus est; illi uero quae est aliquis homo albus est, illa quae est
nullus homo albus est; illi autem quae est homo albus est, illa quae est non est homo albus. Quoniam ergo uni negationi una adfirmatio opposita est
contradictorie et quae sint haec dictum est, et quoniam aliae sunt contrariae et quae sint hae, et quoniam non omnis uera uel falsa contradic
tio et quare, et quando uera uel falsa. Una autem est adfirmatio et negatio quae unum de uno significat, uel cum sit
uniuersale uniuersaliter uel non similiter, ut omnis homo albus est, non est omnis homo albus, est homo albus, non est homo albus, nullus homo albus est, est quidam homo albus,
si album unum significat. Sin uero duobus unum nomen est positum, ex quibus non est unum, non est una adfirmatio, ut si quis ponat

nam tunica homini et equo; est tunica alba haec autem una adfirmatio nec negatio una nec; nihil enim hoc differt
dicere quam est equus et homo albus; hoc autem nihil differt quam dicere est equus albus et est homo albus. Si ergo haec mul-
ta significant et sunt plures, manifestum est quoniam et prima enuntiatio multa vel nihil significat; neque enim est aliquis homo equus; quare
nec in his necesse est hanc quidem contradictionem veram esse illam autem falsam. In his ergo quae sunt et facta sunt necesse est ad-
firmationem vel negationem veram vel falsam esse; in universalibus quidem universaliter semper hanc quidem veram esse
illam autem falsam, et in his quae sunt singularia, quemadmodum dictum est; in his vero quae in universalibus non universaliter dicuntur non
est necesse; dictum autem est et de his. In singularibus vero et futuris non similiter. Nam si omnis adfirmatio vel
negatio vera vel falsa est, et omne necesse est vel esse vel non esse. Si enim hic quidem dicat futurum aliquid, ille vero non di-
cat hoc idem ipsum, manifestum quoniam necesse est verum dicere alterum ipsorum, si omnis adfirmatio vera vel
falsa est; utraque enim non erunt simul in talibus. Nam si verum est dicere quoniam album vel non album est, necesse est esse album
vel non album, et si est album vel non album verum est vel adfirmare vel negare; et si non est mentitur et si mentitur non est;
quare necesse est aut adfirmationem aut negationem veram esse. Nihil igitur neque est neque fit nec a casu nec
utrumlibet nec erit nec non erit, sed ex necessitate omnia et non utrumlibet. Aut enim qui dicit verum est aut qui negat;
similiter enim vel fieret vel non fieret; utrumlibet enim nihil magis sic se habet aut habebit quam non. Amplius si est album nunc, verum
erat dicere primo quoniam erit album, quare semper verum fuit dicere quodlibet illud eorum quae facta sunt quoniam erit; quod si semper ve-
rum est dicere quoniam est vel erit, non potest hoc non esse nec non futurum esse. Quod autem non potest non fieri inpossibile est non fieri;
necesse est fieri. Omnia ergo quae futura sunt necesse est fieri. Nihil igitur utrumlibet neque casu erit; nam si a casu
non ex necessitate. At vero nec quoniam neutrum verum est contingit dicere, ut quoniam neque erit neque non erit. Primum enim cum
sit adfirmatio falsa erit negatio non vera et cum haec sit falsa contingit adfirmationem non veram esse. Et haec
si verum est dicere quoniam album et magnum, oportet utraque esse; si vero erit cras, esse cras; si autem neque erit neque non
erit cras, non erit utrumlibet, ut navale bellum; oportebit enim neque fieri navale bellum neque non fieri nava-
le bellum. Quae ergo contingunt inconvenientia haec et huiusmodi alia, si omnis adfirmationis
et negationis vel in his quae in universalibus dicuntur universaliter vel in his quae sunt singularia
necesse est oppositionum eorum hanc quidem esse veram illam autem falsam; nihil autem utrumlibet esse in his quae fiunt, sed om-
nia esse vel fieri ex necessitate; quare non oportebit neque consiliari neque negotiari, quoniam si hoc fa-
cimus erit hoc, si non hoc, non erit. Nihil enim prohibet in millensimum annum hunc quidem dicere hoc futurum esse, hunc autem non
dicere, quare ex necessitate erit quodlibet eorum verum erat dicere tunc. At vero nec hoc differt si aliqui dixerint
negationem vel non dixerint; manifestum enim est quoniam sic se habent res, vel si hic quidem adfirmaverit ille autem negaverit;
non enim propter negare vel adfirmare erit vel non erit, nec in millensimum annum magis quam in quantolibet tempore;
quare si in omni tempore sic se habebat ut unum vere diceretur, necesse esset hoc fieri, et unumquodque eorum quae fiunt sic se
habere ut ex necessitate fieret; quando enim vere dicit quis quoniam erit, non potest non fieri, et quod factum est verum erat
dicere semper quoniam erit. Quod si non haec sunt possibilia, videmus enim esse principium futurorum et ab eo quod consiliamur
atque agimus aliquid, et quoniam est omnino in his quae non semper actu sunt esse possibile et non, in quibus utrumque contingit et esse
et non esse, quare et fieri et non fieri; et multa nobis manifesta sunt sic se habentia, ut quoniam hanc vestem possi-
bile est incidi et non incidi, sed prius exteretur; similiter autem et non incidi possibile est; non enim esset eam prius exteri nisi

esse possibile non incidi. quare et in aliis facturis quaecumque secundum potentiam dicuntur huiusmodi. manifestum est quoniam non omnia
ex necessitate vel sunt vel fiunt, sed alia quidem utrumlibet et non magis vel adfirmatio vel negatio, alia vero magis
quidem in pluribus alterum, sed contingit fieri et alterum, alterum vero minime. igitur esse quod est quando est, et non esse quod non est
quando non est, necesse est. sed non quod est omne necesse est esse, nec quod non est necesse non esse. non enim idem est omne quod est esse necessario
quando est et simpliciter esse ex necessitate. similiter autem et in eo quod non est. et in contradictione eadem ratio est. esse quidem
vel non esse omne necesse est, et futurum esse vel non. non tamen dividentem dicere alterum necessario. dico autem necesse est quidem
futurum esse bellum navale cras vel non esse futurum, sed non futurum esse cras bellum navale necesse est vel non futurum
esse; futurum autem esse vel non esse necesse. quare quoniam similiter orationes verae sunt quemadmodum et res, manifestum est
quoniam quaecumque sic se habeant ut utrumlibet sint et contraria ipsorum contingere, necesse est similiter se habere
et contradictionem. quod contingit in his quae non semper sunt aut non semper non sunt. horum enim necesse est quidem alteram partem contradictionis veram
esse vel falsam, non tamen hoc aut illud sed utrumlibet, et magis quidem veram alteram, non tamen iam veram vel falsam. quare mani-
festum est quoniam non est necesse omnis adfirmationis vel negationis oppositarum hanc quidem veram, illam vero falsam
esse. neque enim quemadmodum in his quae sunt, sic se habet et in his quae non sunt possibilium tamen esse aut non esse, sed quemadmodum
dictum est. quoniam autem est de aliquo adfirmatio significans aliquid, hoc autem est vel nomen vel innominabile (d) prius nomen
autem nomen quidem non dico sed infinitum nomen, unum enim significat infinitum, quemadmodum et non currit non verbum sed infinitum
verbum, erit omnis adfirmatio vel ex nomine vel ex verbo; praeter verbum autem nulla adfirmatio vel negatio.
est enim vel erit vel fuit vel quaecumque alia huiusmodi verba ex his quae sunt posita, consignificant enim tempus. quare prima
adfirmatio et negatio est homo, non est homo, deinde est non homo, non est non homo, est omnis homo, non est omnis homo, est omnis non homo, non est omnis non homo. et in extrinsecus
temporibus eadem ratio est. quando autem est tertium adiacens praedicatur, dupliciter dicuntur oppositiones. dico autem ut est iustus
homo: est tertium dico adiacere nomen vel verbum in adfirmatione. quare idcirco quattuor istae erunt, quarum duae quidem
ad adfirmationem et negationem sese habebunt secundum consequentiam ut privationes, duae vero minime. dico autem quoniam
est aut iusto adiacebit aut non iusto, quare etiam negatio. quattuor ergo erunt. intellegimus autem quod dicitur ex his quae sub-
scripta sunt: est iustus homo, huius negatio non est iustus homo; est non iustus homo, huius negatio non est non iustus homo. est enim hoc loco et non est iusto et non iusto adiacet. haec igitur
quemadmodum in resolutoriis dictum est sic sunt disposita. similiter autem se habent et si universalis nominis sit adfir-
matio, ut omnis est homo iustus, omnis est non iustus; sed non similiter angulares contingit veras esse; contingit autem
aliquando. hae igitur duae oppositae sunt, aliae autem ad non homo ut subiecto aliquo addito, ut est iustus non homo, non est iustus
non homo; est non iustus non homo, non est non iustus non homo. magis plures autem his non erunt oppositiones. hae autem extra illas ipsae secundum
se erunt, ut nomine utentes non homo. in his vero in quibus est non convenit, ut in eo quod est currere vel ambula-
re, idem faciunt sic posita ac si est adderetur, ut est currit omnis homo, non currit omnis homo; non est dicendum non
omnis homo, sed non negationem ad id quod est homo addendum est. omnis enim non universale significat, sed quoniam universaliter.
manifestum autem ex eo quod est currit homo, non currit homo; currit non homo, non currit non homo. haec enim ab illis differunt eo quod non univer-
saliter sunt. quare omnis vel nullus nihil aliud consignificat nisi quoniam universaliter de nomine vel adfir-
mat vel negat. ergo alia eadem oportet apponi. quoniam vero contraria est negatio ei quae est omne est animal
iustum illa quae significat quoniam nullum est animal iustum, hae quidem manifestum quoniam numquam erunt neque verae simul
neque in eodem ipso; his vero oppositae erunt aliquando, ut non omne animal iustum et quoddam animal iustum est, nullus homo iustus.

(d) unum autem oportet esse et de uno hoc quod est in adfirmatione nomen aut dictum et innominabile

30v

illa quae est omnis homo iustus est illa autem quae est aliquis iustus est opposita quoniam non omnis homo iustus est necesse est alteram
manifestum est autem quoniam et in singularibus si est verum interrogatum negare quod est affirmare verum est ut putas nescio
autem sapiens est an quoniam socrates igitur non sapiens non verum est id si est verum quoque similiter dicere verum est negatio aut
etiam neque omnis homo sapiens non omnis igitur homo non sapiens hoc falsum est sed verum igitur omnis homo sapiens verum est hoc autem oppositum
ex illa quae est secundum infinitum contradictionis nomen et verbum ut non homo non iustus quae negationes
sine nomine et verbo esse videbuntur sed non sunt semper enim verae vel falsae esse necesse est negationem quod autem dixit nihil
magis igitur de homine sed de aliquo minus verum sit erit falsum sed etiam aliquid addatur significatione omnis homo iustus nullus
illa quidem nec huic opposita quae est non omnis homo iustus illa autem quae est omnis iustus non nullus quae est nullus iustus homo idem
significat transposita autem nomina et verba idem significant ut est homo albus est albus homo si enim non est eiusdem multae erunt
negationes sed ostensum est quoniam una unius est eius quae est est albus homo negatio non est albus homo eius quae est est albus homo sine est
albus eius quae est est albus homo erit negatio aut ea quae est non est non homo albus vel ea quae est non est albus homo sed altera quidem est negatio eius quae est non homo albus
alia eius quae est albus homo quare erunt duae unius quoniam igitur transposito nomine vel verbo eadem fit affirmatio vel
negatio manifestum est at vero unum de pluribus vel plura de uno affirmare vel negare si non est unum ex pluribus non est af
firmatio una neque negatio dico autem unum non si unum nomen sit positum non sit autem unum ex illis ut homo est fortasse et animal
et bipes et mansuetum sed ex his unum fit ex albo autem et homine et ambulare non unum quare neque si unum
aliquid de his affirmet aliquis erit una affirmatio sed duo quidem de una affirmationes vero multae nec si de
uno ista sed similiter plures si ergo dialectica interrogatio responsionis est petitio vel propositionis vel alterius partis
contradictionis propositio vero unius contradictionis est non erit una responsio ad haec nec una interrogatio nec si sit
vera dicta de his in topicis similiter autem manifestum est quoniam nec hoc ipsum quid est dialectica interrogatio oportet enim
datum esse ex interrogatione eligere utram velit contradictionis partem enuntiare sed oportet interrogantem determi
nare utrum hoc sit homo an non sed quoniam haec quidem de praedicatis composita ut unum sit omne praedicatum eorum quae extra praedicantur alia
vero non quae differentia de homine verum est dicere et extra animal et extra bipes et ut unum et hominem album et ha
ec unum sed non si citharoedus bonus sit quoniam et citharoedus dicitur et bonus quod si dicit multa et inconvenientia sunt de homine et homi
nem verum dicere et album quare et hominem rursus si album et hominem quare erit homo albus homo in infinitum et rur
sus musicus albus ambulans et haec eadem frequenter simpliciter amplius si vere dicatur ... ... dicatur et homo bipes
et homo bi
pes quoniam ergo si quidem simpliciter ponat complexiones fieri plurima inconvenientia contingit dicere manifestum est quemad
modum autem ponendum est nunc dicimus eorum igitur quae praedicantur et de quibus praedicantur quaecumque secundum accidens dicuntur vel de eodem vel alte
rum de altero haec non erunt unum ut homo albus est et musicus sed non est idem musicus et albus accidentia enim sunt utraque eidem nec si album musicum verum est di
cere tamen non erit album musicum unum aliquid secundum accidens enim musicum album quare non erit album musicum quare nec cithare
dus bonus simpliciter sed animal bipes non enim secundum accidens amplius nec quaecumque insunt in alio quare neque album frequen
ter neque homo homo animal vel bipes insunt enim in homine bipes verum est autem dicere de aliquo et simpliciter ut quendam hominem homi
nem aut quendam album hominem album non semper sed quando in adiecto quidem aliquid oppositorum inest quod consequitur con
tradictio non verum non verum sed falsum ut mortuum hominem dicere quando autem non inest verum quando vero inest quidem
semper non verum quando autem non inest non semper verum ut Homerus est aliquid ut poeta ergo etiam est an non secundum accidens enim praedica
tur est de Homero quoniam poeta est sed non secundum se praedicatur de homine quoniam est quare in quaecumque ipsa praedicamentis neque con

tertium & tertium est: si definitiones pro nominibus praedicantur & secundum se praedicantur & non secundum accidens in his & simpliciter
verum erit dicere. quod autem non est quoniam opinabile est, non est verum dicere esse aliquid; opinatio enim eius non est quoniam est, sed quoniam non est. His
vero determinatis perspiciendum est quemadmodum se habent negationes & affirmationes ad se invicem, eae scilicet
quae sunt de possibile esse & non possibile & contingere & non contingere & de impossibili & de necessario; habet enim aliquas
dubitationes. Nam si eorum quae complectuntur illae sibi invicem oppositae sunt contradictiones quaecumque secundum esse & non esse dis
ponuntur, ut eius quae est esse hominem negatio est non esse hominem, non autem ea quae est esse non hominem, & eius quae est esse album ho
minem, sed non ea quae est esse non album hominem, sed non esse album hominem. Si enim de omnibus aut dictio aut negatio, lignum erit verum dicere esse non album
hominem. Quod si hoc modo & quaecumque esse non additur idem facit quod pro esse dicitur, ut eius quae est ambulat homo negatio est, sed eius quae est
non ambulat homo; nihil enim differt dicere hominem ambulare vel hominem ambulantem esse. Quare si sic in omnibus,
& eius quae est possibile esse negatio est possibile non esse, non eius quae est non possibile esse. Videtur autem idem possibile & esse & non esse; omne
enim quod possibile dividi vel ambulare & non ambulare & non dividi possibile est. Ratio autem quoniam omne quod sic possibi
le est non semper actu est; quare inerit ei etiam negatio; potest igitur & non ambulare quod ambulabile est & non videri
quod visibile. At vero impossibile est de eodem oppositas veras esse dictiones; non igitur est ista negatio. Contingit enim ex his
aut idem ipsum dicere & negare simul de eodem aut non secundum esse & non esse quae apponuntur fieri affirmationes vel ne
gationes. Si ergo illud impossibilius, hoc erit magis eligendum. Igitur negatio eius quod est possibile esse est
non possibile esse. Eadem quoque ratio & in eo quod est contingens esse; etenim eius negatio non contingens esse. & in aliis quoque simi
li modo ut necessario & impossibili. Fiunt enim illis quemadmodum esse & non esse appositiones, subiectae vero res
hoc quidem album illud vero homo, eodem quoque modo hoc loco esse quidem subiectum fit, posse vero & contingere appositiones determinantes quem
admodum in illis esse & non esse veritatem, similiter autem hae & in esse possibile & esse non possibile. Eius vero quae est possibile non esse
negatio est non possibile non esse. Quare & sequi sese invicem videbuntur. Idem enim possibile esse & non esse; non enim contradictiones
sibi invicem sunt huiusmodi possibile est esse & possibile non esse. Sed possibile esse & non possibile esse numquam simul sunt; oppo
nuntur enim. At vero possibile non esse & non possibile non esse numquam simul sunt. Similiter autem & eius quae est necessarium esse non
necessarium esse, eius quae est necessarium non esse, non necessarium non esse. & eius quae est impossibile esse
non impossibile esse, sed impossibile non esse; eius vero quae est impossibile non esse, non impossibile non esse. & universa
liter vero quemadmodum dictum est esse quidem & non esse oportet ponere quemadmodum subiecta, negationem vero & affirmatio
nem haec facientem ad unum. Id est: & tantummodo ad modum opponere & putare oportet esse oppositas dictiones
& negationes possibile non possibile, contingens non contingens, impossibile non impossibile, necessarium non neces
sarium, verum non verum. & consequentiae vero secundum ordinem fiunt ita ponentibus: illi enim quae est possibile esse illa quae est contingit
esse, & hoc illi convertitur, & non impossibile esse, & non necessarium esse; illi vero quae est possibile non esse & contingere non esse
ea quae est non necessarium non esse & non impossibile non esse; illi vero quae est non possibile esse & non contingens esse illa quae est necessa
rium non esse & impossibile esse; illi vero quae est non possibile non esse & non contingens non esse illa quae est necesse esse & impossibile non esse.
Considerentur autem ex subscriptione quemadmodum dicimus. Ergo impossibile & non impossibile illud quod contin
gens & possibile & non contingens & non impossibile sequitur quidem contradictorie, sed conversim; illi enim quae est non pos
sibile esse negatio possibilis, negationem vero affirmatio: illi enim quae est non possibile esse illud quod est impossibile esse affir
matio enim est impossibile esse, non impossibile vero negatio. Necessarium vero quemadmodum considerandum est manifestum.

opponuntur enim. At vero possibile non esse & non possibile non esse numquam simul sunt.

quoniam non eodem modo sed e contrario sequuntur contradictoriae. Ad eam quae est non necesse esse negatio est ea quae est necesse
non esse. Non necesse esse contingit utrasque esse in eodem utraque. quod est non necessarium esse et non esse necessarium non esse.
Causa autem est quare non consequuntur similiter ceteris: quoniam contrarie impossibile necessario redditur
idem valens. Nam si impossibile est esse, necesse est hoc non esse, sed non esse; si vero impossibile non esse, hoc necesse
est esse. quare si illa similiter possibile et non, haec e contrario. nam idem significat necessarium et possibi-
le, sed quemadmodum dictum est, e contrario. An certe impossibile est sic poni necessarii contradictio-
nes? nam quod est necessarium esse possibile est esse. Nam si non, negatio consequitur. necesse enim est aut dicere
aut negare. quare si non possibile est esse, impossibile igitur est esse. quod necesse est esse, quod est inconveniens. At vero
illud quod est possibile esse sequitur non impossibile esse; sed hoc illud quod est non necessarium esse. quare contingit quod est
necessarium esse non necessarium esse, quod est inconveniens. At vero neque necessarium esse sequitur possibile esse, neque ne-
cessarium non esse. Illi enim utraque contingit accidere; horum autem utrumlibet verum fuerit, non erunt illa vera. Simul
enim possibile esse et non esse; si vero necesse est esse vel non esse, non erit possibile utrumque. Relinquitur ergo non necessarium non
esse sequi possibile esse. hoc enim verum et de necesse esse. haec enim fit contradictio eius quae sequitur non possibile esse. illud
enim sequitur hoc, impossibile esse et necesse non esse, cuius negatio non necesse non esse. sequuntur igitur et hae con-
tradictiones secundum praedictum modum, et nihil impossibile contingit sic positis. Dubitabit autem aliquis
si illud quod est necessarium esse possibile sequitur. Nam si non sequitur, contradictio sequitur non possibile esse. et si quis non
hanc dicat esse contradictionem, necesse est dicere possibile non esse. sed utraque falsa de necesse esse. At vero rursus
idem videtur esse possibile incidi et non incidi, et esse et non esse. quare erit necesse esse contingere non esse. hoc autem fal-
sum est. manifestum est autem quoniam non omne possibile vel esse vel ambulare et opposita valet, sed est in qui-
bus non sit verum. et primum quidem in his quae non secundum rationem possunt, ut ignis calefactibilis et habet vim inrationa-
bilem. Ergo secundum rationem potestates ipsae eaedem plurimorum et contrariorum; inrationabiles
vero non omnes, sed quemadmodum dictum est, ignem non est possibile calefacere et non, nec quaecumque alia semper agunt. Alia quae
possunt et secundum inrationabiles potestates simul quaedam opposita. Sed hoc quidem idcirco dictum est quoniam non om-
nis potestas oppositorum est, nec quaecumque sub eadem specie dicuntur. quaedam vero potestates aequivocae sunt. Possi-
bile enim non simpliciter dicitur, sed hoc quidem quoniam verum est ut in actu, ut possibile est ambulare quoniam ambulat, et om-
nino possibile esse quoniam iam est actu quod dicitur possibile; illud vero quod forsitan aget, ut possibile est ambulare
quoniam ambulabit. Et haec quidem in mobilibus solis est potestas, illa vero et in immobilibus. in utrisque vero verum est dicere
non impossibile esse ambulare vel esse, et quod ambulat iam et agit et ambulabile. Sic igitur possibile non est verum
de necessario simpliciter dicere, alterum autem verum est. quare quoniam partem universale sequitur, illud quod ex ne-
cessitate est sequitur posse esse, sed non omnino. Et est quidem fortasse principium quod necessarium est et quod non necessarium
omnium vel esse vel non esse, et alia quemadmodum istorum consequentia considerare oportet. Manifestum autem est ex
his quae dicta sunt quoniam quod ex necessitate est secundum actum est, quare si priora sempiterna, et quae actu sunt potestate priora,
et haec quidem sine potestate actus sunt, ut primae substantiae, alia vero cum possibilitate, quae natura priora, tem-
pore vero posteriora, alia vero numquam actus sunt, sed potestates solum. Utrum autem contraria est adfirmatio nega-
tioni, et oratio orationi quae dicit quoniam omnis homo iustus est ei quae est nullus homo iustus est, an omnis homo iustus est ei quae est om-

homo iniustus? gallias iustus non est? gallias iustus est gallias iniustus est? quae horum contraria est. Nam si ea quae sunt in
uoce sequuntur ea quae sunt in anima. illic autem contraria est opinio contrarii ut omnis homo iustus est ei quae est om
nis homo iniustus. et in his quae sunt in uoce adfirmationibus necesse est similiter sese habere. quod si neque illic con
trarii opinatio contraria est. nec adfirmatio adfirmationi erit contraria sed ea quae dicta est negatio
quare considerandum est. quae opinio uera falsae opinioni contraria est. utrum negationi an certe ea quae con
trarium esse opinatur. dico autem hoc modo. est quaedam opinio uera boni quoniam bonum est. alia uero quoniam non bonum est falsa. alia uero
quoniam malum. quae horum contraria est uerae. et si est una. secundum quam contraria est. Nam arbitrari contrarias opini
ones definiri in eo quod contrariorum sunt. falsum est. boni enim quoniam bonum est. et mali quoniam malum eadem fortasse opinio est
et uera. siue plures siue una sit. sunt autem istae contrariae sed non eo quod contrariorum sint contrariae sed magis
eo quod contrarie. si ergo est boni quoniam bonum opinatio. est autem quoniam non bonum est. est uero quoniam aliquid aliud quod non est neque
potest esse. aliarum quidem nulla ponenda est. neque quaecumque esse quod non est opinantur neque quaecumque non esse quod est. infinitae enim utraeque
sunt. et quaecumque esse opinantur quod non est. et quaecumque non esse quod est. sed in quibus est fallacia. haec autem ex his ex quibus et generationes. ex oppo
sitis uero generationes. quare etiam fallacia. si ergo quod bonum est et bonum et non malum. et hoc quidem secundum se. illud uero secundum
accidens. accidit enim ei malum non esse. magis autem in unoquoque est uera quae secundum se est. etiam falsa. siquidem et uera. ergo
ea quae est quoniam non est bonum quod bonum est. secundum se consistentis falsa est. illa uero quae quoniam malum eius quod secundum accidens.
quare magis erit falsa de bono ea quae est negationis opinio quam ea quae est contrarii. falsus autem est magis circa
singula qui habet contrariam opinionem. contraria enim est eorum quae plurimum circa idem differunt. quod si horum contra
rium alterum. magis autem contraria contradictionis. manifestum quoniam haec erit contraria. illa uero quae est quoniam ma
lum quod bonum implicita est. etenim quoniam non bonum necesse est idem ipsum opinari. amplius si etiam in aliis similiter
oportet se habere. et hic uidebitur bene esse dictum. aut enim ubique ea quae est contradictionis aut nusquam. quibus uero non est
contrarium. de his est quidem falsa ea quae est uerae opposita. ut qui hominem non putat hominem falsus est. si ergo hae con
trariae sunt. et aliae contradictiones. amplius similiter se habet boni quoniam bonum. et non boni quoniam non bonum est. et ad has
boni quoniam non bonum est. et non boni quoniam bonum est. illi ergo quae est non boni quoniam non bonum uerae opinioni quae est contraria
non enim ea quae dicit quoniam malum. simul enim aliquando erit uera. numquam autem uera uerae contraria est. est enim quid
dam non bonum malum. quare contingit simul esse ueras. at uero nec illa quae est non malum. simul enim et haec erunt. relinquitur ergo ei quae est
non boni quoniam non bonum contraria ea quae est non boni quoniam bonum. quare et ea quae est boni quoniam non bonum. ei quae est boni quoniam bonum.
manifestum ergo quoniam nihil interest. nec si uniuersaliter ponamus adfirmationem. huic enim uniuersalis
negatio contraria erit. ut opinioni quae opinatur quoniam omne quod est bonum bonum est. ea quae est quoniam nihil eorum quae bona sunt.
Nam ea quae est boni quoniam bonum si uniuersaliter sit bonum eadem est ei quae opinatur quidquid bonum est quoniam bonum est. similiter autem
et in non bono. quare si in opinione sic se habet. sunt autem quae in uoce adfirmationes et negationes notae eorum quae sunt in ani
ma manifestum quoniam et adfirmationi contraria quidem negatio circa idem uniuersalis. ut ei quae est quoniam
omne bonum bonum est. uel quoniam omnis homo bonus est. ea quae est quoniam nullum uel nullus. contradictorie uero aut non omnis aut non omne.
manifestum autem quoniam et ueram uerae non contingit esse contrariam nec opinionem nec contradictionem. contrariae enim sunt quae circa oppo
sitas. circa eadem autem contingit uerum dicere eundem. simul autem eidem non contingit inesse contraria. EXPLICIT FELICITER.